Fragmentarium

Mensuram bonam. confertam. & coagitat
tam. & supereffluentem. dabunt in sinum ues
trum; Eadem quippe mensura qua mensi
fueritis. remetietur uob; Dicebat autem illis &
similitudinem; Num quid potest cecus cecum
ducere. nonne ambo in foueam cadunt. Non est
discipulus sup magistrum; pfectus autem omnis erit.
si sit sicu[t] ma[gis]ter eius; Quid autem uides festu
cam in [ocu]lo fratris tui. trabem autem quae in
occulo t[uo est n]on consideras. Et quomodo po
tes dicere [fratri tu]o. frater. sine eiciam festu
cam de oc[ulo tu]o. ipse in occulo tuo trabem n[on]
uidens. H[ypocr]ita. eice primum trabem de
occulo tu[o et tun]c perspicies. ut educas
festucam [de] occulo fratris tui; FR. QUARTA.
Seq. sci euangelii secundum matheum:
In illo tempore docente ihu populum in tem
plo. accesserunt ad eum principes sacerdo
tum. & seniores populi. dicentes; In qua po
testate hec facis. aut quis tibi dedit hanc
potestatem. Respondens ihs. dix illis; Inter
rogabo uos & ego unum sermonem. Quem si
dixeritis mihi. & ego uob dicam. in qua po

Luc VI.38-42
Matth XXI,23

License: cc-by-nc – Müstair, Benediktinerinnenkloster St. Johann, XX/48 Nr. 1a-i, 8 – Evangeliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-eb3a/1437/18976)